[1] Kommentar zum Römerbrief. *H. Denifle*, Die abendländischen Schriftausleger bis Luther über Justitia Dei (Rom. 1, 17) und Justificatio. Mainz (1905) 34: « Vere per Evangelium habetur fides et per fidem salus aeterna. ‚Nam' in eo Evangelio ‚revelatur', et cognitione et habitudine, ‚ex fide', id est per fidem ex Evangelio acceptam, ‚iustitia', *id est exsecutio bonorum operum*, per quam iustitiam habetur salus aeterna. »

[2] De s. Anselmi similitudinibus. c. 159. — SSL 159, 690: « Sed quia [scientia] inflat, nisi eam caritas aedificet, nihil prorsus proficit absque voluntate bonitatis. Voluntas itaque bona est, quae Dei voluntati subiecta est; quae tunc voluntati Dei subiecta est, quando id vult, quod Deus vult eam velle debere; et tunc iusta sive recta dicitur, quando id, quod Deus vult eam velle, amplectitur. »

[3] A. a. O. c. 164. — SSL 159, 691: « Tribus modis sentitur Deus, videlicet intellectu, amore et usu. Per intellectum sapimus, per amo [692] rem iustificamur, per usum beatificamur. Inquantum quis Deum intelligit, sapiens est; *inquantum vero amat, iustus;* verum inquantum utitur, beatus. »

multa sunt bona animae' [1] für eine weitere Ausführung bot, zu diesem Punkte nicht Stellung genommen.

Während sich *Rupert von Deutz* dem Anselmianischen Gerechtigkeitsbegriff nur nähert, ohne ihn sich völlig anzueignen [2], finden wir ihn bei *Honorius von Autun* wörtlich wiedergegeben. [3] Wegen des mystischen Charakters seiner Schriften ist es schwierig, die dem *hl. Bernard von Clairvaux* vorschwebende Idee der Gerechtigkeit festzustellen. Neben Stellen, die die Gerechtigkeit in einer vor der Betätigung liegenden Rechtheit sehen [4], liest man andere, nach denen sie unmittelbar in der Betätigung besteht. [5] In diesem zweiten Sinne äußert sich deutlich *Radulf von Laon.* [6] *Anselm von Laon* dagegen erwähnt nur die uns interessierende Gerechtigkeitsdefinition, schreibt sie dem großen Bischof von Canterbury zu, nimmt aber nicht Stellung. [7]

2. Erst *Abaelard* und *Hugo von St. Victor* wissen sie völlig in das Gebäude der theologischen Spekulation einzubauen. Auf beide geht es denn auch zurück, daß der Großteil der Theologen mehr oder

[1] De peccato originali. lib. 2. — SSL 160, 1081.

[2] De vita vere apostolica. lib. 2, c. 3. — SSL 170, 622.

[3] Inevitabile. — SSL 172, 1200: « Libertas arbitrii est potestas servandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem. Recta quippe voluntas est velle quod vult Deus. Deus autem vult, ut rationalis creatura ei non coacte, sed sponte subdita sit, ut ei bene sit; quando et hoc ipsa vult, tunc voluntas eius recta est. — Ad hanc rectitudinem servandam est libera, nulla necessitate constricta: rectitudo autem voluntatis est ‚iustitia'. Si ergo iustitiam non propter aliud quam propter ipsam iustitiam diligit, Deum (qui est iustitia et summa beatitudo) praemium habebit. Igitur convenientissima definitio liberi arbitrii est: potestas servandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem, per quam iure possidet aeternam beatitudinem. »

[4] Z. B. Sermones de diversis. Sermo 72. — SSL 183, 693: « Justitia est *rectitudo* voluntatis, quae nec amat peccare, nec peccato consentire. Justitia et fortitudo sedem habent voluntatem, quia voluntas iusta debet esse fortis. Est autem iustitia ordinata hoc modo, scilicet mala respuens, bonis meliora praeponens. Hanc non videtur habuisse Adam, qui malo consentiens, quod utile erat deseruit. »

[5] Epistola 107, n. 9. — SSL 182, 247: « *Justus autem quis est, nisi qui amanti se Deo vicem rependit amoris?* Quod non fit nisi revelante Spiritu per fidem homini aeternum Dei propositum super sua salute futura. »

[6] Gratia Dei. *H. Denifle*, Die abendländischen Schriftausleger. 38: « ‚Nunc autem'. Quasi dicat: in lege non datur nisi [peccati] cognitio, sed nunc, id est in hac fide, datur ‚iustitia Dei', id est peccatorum remissio et *bona operatio procedens tantum ex Deo.* »

[7] Sententie divine pagine. *F. Bliemetzrieder*, Anselms von Laon systematische Sentenzen. (Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters. XVIII 2, 3.) Münster i. W. (1919), 28.

weniger bewußt daran festhält bis in die Zeiten des beginnenden dreizehnten Jahrhunderts hinein.

a) Vor allem *Abaelard :* Niemals beruft er sich hier ausdrücklich auf die Autorität Anselms. Doch tritt überall deutlich in seiner Lehre von der Gerechtigkeit die Anselmianische Grundlage zu Tage. — Sechs Zustände des Menschen unterscheidet er : drei in diesem und drei im anderen Leben. Uns interessieren vor allem die ersten drei. Der erste Zustand ist derjenige vor Erlangung des Gebrauches der Vernunft. In diesem ist der Mensch gleichsam moralisch indifferent, weder gut noch schlecht. Im zweiten entscheidet er sich entweder für das Gute oder das Böse und wird so gut oder bös, erwirbt sich Tugend oder Laster. [1] In gleicher Weise waren auch die Engel, so wie sie aus der Hand Gottes hervorgingen, moralisch weder gut noch schlecht. Erst durch einen Akt der Gottesliebe oder eine Sünde wurden sie in diesem Sinne differenziert. [2]

Daraus zieht Abaelard wichtigste Folgerungen : Es kann nur derjenige des Himmelreiches verlustig gehen, der sündigt. Wer also ohne Taufe stürbe — ihm genügt das votum der Taufe nicht — würde, wenn er schon die Gottesliebe besäße, sie notwendig durch eine Sünde verlieren. Umgekehrt aber, und das ist für uns hier von der größten Wichtigkeit, wird auch den kleinen Kindern, die noch nicht den Gebrauch der Vernunft erlangt haben, durch die Taufe die Sünde nachgelassen. Wenn sie so auch rein sind vor Gott, sind sie dennoch

[1] Dialogus inter philosophum, Judaeum et Christianum. — SSL 173, 1650 : « Sex quippe hominum status nobis ratio suggerit, tres videlicet in hac vita et secundum hoc tres similiter alios in futura. Primus quippe hominis status est, in quo nascitur, dum nondum in eo excitata ratione liberum est adeptus arbitrium, ut, secundum quod elegerit, bonus homo vel malus dicendus sit, *quamvis ipse bona res vel bona sit substantia sive creatura.* De hoc quidem priore statu hominis, cum ad discretionis actatem ipse perductus scienter se ad bonum sive ad malum inclinaverit, iam bonus ipse homo vel malus effectus, bonum hominis statum vel malum ingressus est. *Primus quidem hominis status quasi indifferens, nec bonus videlicet nec malus dicendus est. Secundus si ad virtutes conscenderit bonus, si ad vitia descenderit, malus.* »

[2] Dialogus. — SSL 178, 1659 : « Nullus quippe angelus sive spiritus aut etiam homo a dilectione Dei et vera caritate alienus, bonus recte dicitur, sicut nec malus, quandiu peccato caret. Si igitur angelus ille neque cum peccato neque cum caritate Dei creatus est, quomodo bonus adhuc angelus vel malus creatus esse dicendus est. Sic nec singuli homines, cum creantur nondum rationis compotes, aut boni homines aut mali creatione dicendi sunt, cum videlicet ipsa creatione sua, ut boni homines aut mali essent, non acceperint. »

weder der Gottesliebe noch der Gerechtigkeit fähig, und können somit nicht gerecht genannt werden. Wenn sie nun in diesem Zustande sterben, sehen sie die Herrlichkeit, die ihnen durch die Barmherzigkeit Gottes bereitet ist und mit dieser Erkenntnis entsteht in ihnen auch die Liebe zu Gott. [1] — Eine Gerechtigkeit ohne Akte ist somit für Abaelard undenkbar.

Die *Epitome* wie die *Sentenzen von St. Florian* [2] gehen nicht auf diese Gedankengänge Abaelards ein und stellen sich auch nicht die bald allgemein übliche Frage nach der Gerechtigkeit der eben von Gott geschaffenen Engel, in deren Beantwortung sie zum Gerechtigkeitsbegriff selber Stellung nehmen müßten. *Rolandus Bandinelli* untersucht nur ein Grenzproblem: ob die Engel vor dem Fall die caritas besaßen. Er antwortet darauf: « Nos vero dicimus in caritate minime fuisse creatos, et tamen dicimus, quod boni, mundi et sancti fuerunt creati, non quia virtutem aliquam haberent, sed quia nulli vicio penitus subiacebant. » [3] Er weicht damit entschieden von Abaelard ab, dem sich *Magister Omnebene* wieder , unter dem Einfluß Hugos von St. Victor, nähert. Er nennt die Engel im Augenblick der Schöpfung weder gerecht noch ungerecht. [4]

b) Mit seiner Behauptung, daß der wirkliche Empfang der Taufe zum Heile unerläßlich sei, blieb Abaelard scheinbar völlig vereinzelt.

[1] In epistolam ad Romanos. lib. 2. — SSL 178, 838: « Si enim is, qui caritatem antequam baptizari habet, priusquam baptizetur, vitam finiret, nequaquam in ipsa caritate perseveraret, ut de aeterna beatitudine penitus desperaret, et se statim in ipso exitu ‹s› esse in perpetuum damnandum praesentiret. Sicut autem ante baptismum aliquem ex fide, id est dilectione iustum iam dicimus, cui tamen in baptismate nondum sunt peccata dimissa, id est poena eorum penitus condonata: sic et post baptismum parvulos et qui nullius discretionis sunt, quamvis remissionem perceperint peccatorum, nondum tamen iustos dicimus, quamvis mundi sint apud Deum, qui nondum aut caritatis aut iustitiae capaces esse possunt nec aliqua merita habere. Qui tamen, si in hac imbecillitate moriantur, cum incipiunt de corpore exire et vident sibi per misericordiam Dei gloriam praeparatam, simul cum discretione caritas Dei in eis nascitur. »

[2] Stiftsbibliothek von St. Florian XI 264.

[3] *A. Gietl*, Die Sentenzen Rolands nachmals Papstes Alexander III. Freiburg im Breisgau (1891), 91 f.

[4] München, Staatsbibliothek, Cod. sim. 168, fol. 25: « Queritur, utrum boni vel mali, iusti vel iniusti, beati vel miseri creati sunt. Eos fuisse bonos in primo exordio creationis constare debet, et sine vitio. Sed nec iusti nec iniusti tunc fuerunt neque aliquam virtutem tunc habuerunt, nec beati fuerunt fruendo visione Dei. » — Man vgl. hier auch *Rupert von Deutz*, De glorificatione Trinitatis et processione Sancti Spiritus. lib. 3, c. 9 (Opp. omn. Venetiis (1794), III 27).

Hugo von St. Victor trat ihm hier auch auf das entschiedenste entgegen [1], wiewohl er das Gerüste Anselmianischer Gedanken, das wir bei Abaelard feststellen konnten, unbedenklich verwertete. Er bringt ganz in Einklang mit Anselm die Unterscheidung zwischen dem *appetitus iusti* und dem *appetitus commodi*. Der *appetitus commodi* wohnt dem Menschen mit Notwendigkeit inne und ist unverlierbar; er bleibt dem Menschen zum Lohn oder zur Strafe. Den *appetitus iusti* dagegen kann der Mensch von sich werfen. Mit dem *affectus iusti* ist als seine Wirkung notwendig die Gerechtigkeit verknüpft, denn die Gerechtigkeit anstreben, heißt irgendwie auch die Gerechtigkeit besitzen. [2] Wie im maßvollen Gebrauch der Güter, die das *commodum* des Menschen ausmachen, die Gerechtigkeit besteht, so ist die Ungerechtigkeit ein das Maß außer acht lassendes Begehren derselben. [3] Weil die dem Maß entsprechenden Willensregungen auch der Gerechtigkeit entsprechen, ist der Wille dessen, der sich so betätigt,

[1] De sacramentis. lib. 2, pars 6, c. 7. — SSL 176, 454: «Oportet ergo, ut aut confitearis vicem baptismi in articulo necessitatis fidem veram et confessionem cordis implere posse, aut ostendas, qualiter fides vera et caritas non ficta haberi possit, ubi salus non sit. Nisi forte dicere velis neminem fidem veram et caritatem veram habere posse, qui visibile sacramentum aquae non sit habiturus. Quod tamen qua ratione vel auctoritate probes, ignoro.»

[2] De sacramentis. lib. 1, p. 7 c. 11. — SSL 176, 291: «Appetitus quippe iusti sive affectus separabilis est, quia secundum voluntatem est; sed affectus illius, id est iustum sive iustitia inseparabilis ab illo est, quia appetitus iusti sine iustitia esse non potest. Ipsam enim iustitiam appetere, secundum aliquid iustitiam habere est. Affectus ergo iusti a voluntate separari potest, sed effectus eius, id est iustitia, ab affectu ipso separari non potest.» — Man vgl. auch Tractatus theologicus, c. 27. — SSL 171, 1124.

[3] De sacramentis. lib. 1, p. 7, c. 15. — SSL 176, 293: «Sicut igitur in his bonis commodum hominis constitutum erat, sic in mensura utendi vel fruendi bonis his, iustitia eius esse debuerat. Et quemadmodum voluntas ei data fuerat, qua bona sua et in bonis suis commodum suum appeteret, ita et voluntati eius insitum fuerat, ut ipsa ei mensura, secundum quam eisdem bonis suis uti vel frui debuerat, non displiceret. In eo igitur, quod bona sua amavit, consideramus appetitum commodi. In eo autem, quod mensuram commodi in bonis suis dilexit, intelligimus appetitum iusti. Si ergo mensuram semper homo dilexisset, iusti appetitum non amisisset. Mensuram autem semper dilexisset, si extra mensuram nihil voluisset. Ex quo autem extra mensuram aliquid velle coepit, mensuram velle cessavit. *Postquam autem velle cessavit, destituit amare iustitiam. Et in ipso iustitiam perdidit, quo ipsum iustitiae amorem amisit.* Sicut enim iustitia amatori suo non deesse potest, ita illi, a quo non amatur, nullatenus adesse potest. In hoc igitur iniustitia hominis fuit, quod appe[294]titum suum extra mensuram extendit et secundum qualitatem, cum creatori suo parificari voluit, et secundum tempus, cum ante meritum praemium praecipere festinavit.»

gerecht; wenn er gegen das Maß verstößt, ungerecht. Im ersten Fall ist er auch dem Willen des Schöpfers konform und Gott zugewandt. [1]

Auf Grund dieses Gerechtigkeitsbegriffes lehrt sodann Hugo, daß die Engel so, wie sie aus der Hand Gottes hervorgingen, nicht im eigentlichen Sinne moralisch gut, noch gerecht, noch Gott zugewandt, noch selig waren, denn, und hier gibt er einen weiteren Einblick in die Welt seiner Begriffe, *die moralische Güte bedeutet Tugenden, die Gerechtigkeit Verdienst*, das Zugewandtsein Liebe, die Seligkeit Verherrlichung. [2] Erst durch die freiwillige Hinkehr zu Gott werden sie gerecht, und durch die freiwillige Abkehr zu Gott werden sie ungerecht. [3]

Den Besitz der Gerechtigkeit spricht, wegen ihrer Abhängigkeit vom freien Willensakt, auch der Verfasser der *Summa Sententiarum* den Engeln ab, so wie sie aus der Schöpferhand Gottes hervorgingen. [4]

[1] De sacramentis. lib. 1, p. 5, c. 26. — SSL 176, 257: « Mens itaque rationalis sicut voluntatem acceperat, et moveri voluntate acceperat; sic et ad quae licite voluntate moveri posset, acceperat, et ad illa moveri secundum mensuram erat moveri secundum iustitiam. Et si ad illa tantum mota fuisset, secundum iustitiam mota fuisset, et fuisset iusta voluntas, quoniam secundum iustitiam mota fuisset. Quando autem ad ea mota est, quae concessa non fuerunt, extra mensuram mota est, et in eo secundum mensuram mota non est. .... Quae autem recte movebatur et secundum Creatoris voluntatem conformabatur, convertebatur ad eum, a quo regebatur. »

[2] De sacramentis. lib. 1, p. 5, c. 19. — SSL 176, 254: « Similiter et quod iusti dicuntur, solum hoc illis erat iniustos non fuisse, et quod beati, non miseros exstitisse. Verumtamen neque iusti ad meritum neque iniusti ad culpam, quemadmodum neque ad glorificationem vel consummationem beati, vel ad tormentum vel poenam miseri verissime affirmantur. Et forte expressius et ad intelligentiam evidentius sit, nec bonos, nec malos, nec iustos, nec iniustos, nec conversos, nec aversos, nec beatos, nec miseros conditos asserenti. Nam qui bonos dicit, significat virtutem; qui iustos, meritum; qui conversos, dilectionem; qui beatos, glorificationem. »

[3] De sacramentis. lib. 1, p. 5, c. 23. — SSL 176, 256: « Haec est conversio et aversio, qua divisi sunt, qui unum erant et boni natura, ut sint alii supra illud boni per iustitiam, alii sub illo mali per culpam. Conversio enim iustos facit, et aversio iniustos. Utraque enim voluntatis fuit, et voluntas utrinque libertatis. » — Man vgl. Tractatus theologicus. c. 19. — SSL 171, 1108.

[4] Tract. 2, c. 2. — SSL 176, 82; Tract. 3, c. 6. — SSL 176, 97. — Eine interessante, dem XII. Jahrhundert angehörige Handschrift der Summa sententiarum enthält in der Kgl. Bibliothek von *Kopenhagen* der Codex Ny kgl. 2878 4°, fol. 17v-119v. Auf fol. 20 lesen wir die Rubrik: « Expliciunt capitula super sententias domini Hugonis numero C.XL.VII. » Traktat 5 und 6 sind in einen zusammengezogen. Außerdem finden sich auch noch Kapitel, welche die Druckausgabe bei Migne nicht bringt. So im Traktat ‚De poenitentia' als cap. 41: « (fol. 102v) Prophetia alia ex predestinatione Dei, quam necesse est evenire omnibus modis, uti sine nostro impleatur arbitrio. Ut illa pariet filium, alia ex prescientia Dei, cui nostrum miscetur arbitrium, et cooperante gratia conse-

Die *Miscellania* dagegen, die sich unter den Werken Hugos von St. Victor gedruckt finden, decken sich in dem, was den Justitiabegriff angeht, nicht völlig mit den Anschauungen desselben [1], im Gegensatz zu dem im Cod. lat. 265 der Erlanger Universitätsbibliothek erhaltenen *Traktat de libero arbitrio* (fol. 133) und zur *Sentenzensammlung des Clm.* 7972 der Münchener Staatsbibliothek, die wieder völlig in seinen Fußstapfen wandeln :

« Quales creati fuerint angeli. — Querendum est, an fuerint angeli creati boni vel mali, iusti vel iniusti, beati vel miseri. Sciendum est, quod a principio creationis fuerunt boni et sine vitio. Non enim creator potest esse auctor mali. Non tamen ideo iusti, quia sunt sine vitio. Non enim iustitiam vel aliam tunc habuerunt virtutem. Est enim omnis virtus meritum, omne autem meritum ex gratia et libero arbitrio. Sed liberum arbitrium solummodo ad futura se habet, que possunt fieri vel non fieri, non presentia vel preterita. Quod enim in presenti est vel non est, in potestate liberi arbitrii non est, utrum sit vel non sit, quia quod ‹non› est, non potest tunc non esse. Sed ut in futuro sit vel non sit, in potestate liberi arbitrii est. Non igitur erat liberi arbitrii, ut tunc non essent boni angeli, qui erant ex creatione, vel mali, quod nondum erant. Sicut aliquis stans in potestate liberi arbitrii habet, ut sedeat, sed non potest esse, ut simul stet et sedeat. » [2]

Auch in den fälschlich Hugo zugeschriebenen *Quaestiones in epistolas Pauli* ist an dem Anselmianischen Gerechtigkeitsbegriff festgehalten. [3]

quimur premium. » — Ebenso zu Tract. 7, fol. 116 : « Non est hoc loco pretermittendum, quod quando aliquis cognatam uxoris proprie incestu maculat, si illud occultum est. » Und 116^{v} : « Queritur fames et sitis, utrum sint pena peccati an natura. » Schließt fol. 119^{v} : « sicut ipse Adam, si persisteret in inobedientia. » Die genannten Einschiebsel werden vom Rubrizisten als zu den Traktaten gehörig betrachtet. — Der Traktat ‚de sacramento poenitentiae' findet sich ohne das eingeschobene 41. Kapitel in der Handschrift noch ein zweites Mal von fol. 4-9. — Eine Abhandlung ‚de sacramento altaris' von fol. 1 (Beginnt : « Quod sacramentum altaris in ecclesia sepius celebratur ») bis fol. 4 (Schließt : « Sed diligendus est amicus in Deo et inimicus propter Deum. Amen. ») gibt lediglich die Gedanken der Hugonischen Richtung wieder, ohne sich mit einem der gedruckten Werke zu decken. — Ein Zusatz zur Summa sententiarum findet sich nach Tract. 4, cap. 8, eingeschoben im Cod. lat. 238 der Erlanger Universitätsbibliothek, fol. 35 : « De caritate Dei perfecta. — Caritas amor est. Non autem omnis amor caritas. » — Ebenso nach Tract. 6, c. 9 auf fol. 43^{v} : « Panis in substantiam Christi vertitur, eius videlicet corporis, qui sedet ad dexteram patris. »

[1] Tit. 57 und 58. — SSL 177, 502 f.

[2] fol. 2.

[3] In epistolam ad Romanos. q. 101. — SSL 175, 459 : « Si homo non peccasset, haberet omnimodam iustitiam, quae consistit in omnimoda praeceptorum Dei impletione, ut nihil omnino concupisceret contra rationem, et ut Deum ex toto

3. Mit *Petrus dem Lombarden* setzt hier ein Umschwung ein, der eine andere Formulierung der Frage brachte. Wohl stellt auch er zur Diskussion, ob die Engel gut oder bös, gerecht oder ungerecht geschaffen worden seien. In der Antwort aber zeigt sich merkwürdiger Weise keine Einwirkung des Begriffes der iustitia. Gründe ganz anderer Art als die herkömmlichen sind für ihn maßgebend. Es findet sich nur ein Hinweis darauf, daß die Gerechtigkeit von ihm noch wesentlich im Sinne Anselms verstanden wurde.[1] Er setzt sie identisch mit dem **exercitium virtutum.** Dies dürfte wohl die Ursache sein, daß seit dem Lombarden die Frage nicht mehr in der Form gestellt wird, ob die Engel bezw. die ersten Menschen gerecht oder ungerecht geschaffen wurden, sondern: ob sie mit den Tugenden geschaffen wurden. Wir finden diese Form mehr oder weniger ausdrücklich in der noch dem XII. Jahrhundert angehörenden *Sentenzensammlung des Cod. Patr. 47* (fol. 11-11^{v}) *der Bamberger Staatsbibliothek,* bei *Udo*[2], *Petrus von Capua*[3], *Stephan von Langton*[4], *Martinus de Fugeriis*[5], der aber auch nach der *bonitas* und *malitia* der Engel fragt, und, um noch einen zu nennen, beim *magister Martinus.*[6] Durchgehend ist die Antwort eine verneinende.

4. Da man damals die heiligmachende Gnade im wesentlichen mit den Tugenden identifizierte, ging diese Fragestellung bald in der anderen auf, ob die Engel bezw. ersten Menschen *in naturalibus* oder in *gratuitis* geschaffen worden seien. Damit wandelte sich auch sehr rasch der innere Kern des Problems, sodaß sich alle Spuren der Herkunft aus dem Anselmianischen Gerechtigkeitsbegriff in allerkürzester Zeit verwischten, die z. B. bei *Praepositinus* noch deutlich erkennbar sind:

corde diligeret.» — Ebenda. q. 246. — *H. Denifle,* Die abendländischen Schriftausleger, 71: «Hoc est iustitiam per gratiam esse, quia non solum gratia venitur ad fidem, sed etiam post fidem gratia necessaria est, *ut fides bonis operibus adimpleatur, quorum adimpletio iustitia dicitur.*»

[1] Sententiae II, dist. 3, p. 2, c. 4. — Quaracchi (1885), 87: «Aliis autem videtur omnes angelos creatos esse bonos et in ipso creationis primordio *bonos* exstitisse, id est sine vitio, iustosque fuisse, id est innocentes, sed non iustos, id est virtutum exercitium habentes. Nondum enim praediti erant virtutibus, quae stantibus appositiae fuerunt in confirmatione per gratiam, aliis per liberum arbitrium superbientibus, et ideo cadentibus.»

[2] Bamberg, Staatsbibliothek, Cod. Patr. 127, fol. 64.

[3] München, Staatsbibliothek, Clm. 14508, fol. 16 und fol. 20^{v}.

[4] Bamberg, Staatsbibliothek, Cod. Patr. 136, fol. 13 und 14.

[5] Paris, Nationalbibliothek, Cod. lat. 3116, fol. 27^{v}-28.

[6] Paris, Nationalbibliothek, Cod. lat. 14556, fol. 288^{v}.

« Queritur, utrum angelus creatus sit in gratuitis. Quod sic probatur auctoritatibus : Dictum est Lucifero : Tu signaculum similitudinis eius. Hoc non videtur tamen intelligi de naturalibus tantum. — *Item :* omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Quid per lapides nisi *virtutes* intelliguntur. — *Item :* In pinguedine *caritatis* creatus fuit. — *Item* Augustinus : Discutiendum est, si boni angeli fecerunt sibi bonam voluntatem an aliqua vel nulla voluntate. Quia si nulla, ergo non fecerunt. Si aliqua, illa fuit mala vel bona. Mala effectrix bone voluntatis esse non potuit. Si bona, quis illam facit, nisi qui creavit eos cum bona voluntate id est cum casto amore. Quocirco habent simul condens naturam et largiens gratiam. Numquam enim sanctos angelos sine bona voluntate et casto amore fuisse credendum est. Ergo simul ceperunt naturalia et gratuita. » [1]

Praepositinus und *Stephan von Langton* [2] antworten mit der *via magistrorum communis* verneinend. *Hugo a Santo Charo* [3] und schon vor ihm *Roland von Cremona* nehmen ausdrücklich dagegen Stellung, und zwar in einer Form, die aufs deutlichste die Verschiebung des Problems erkennen läßt.

Bei Roland lesen wir : « Solutio : Tempore Prepositini erat ista opinio magistrorum, quod angeli creati sunt in naturalibus et non in gratuitis, etsi vera (?) quod creati sunt in gratuitis ; et mihi videtur, et miror, quod aliquis magister fuit ausus dicere, quod non habuerunt gratuita, cum ita expresse dicant prophete et doctores, quod non possent expressius. Sed unde moti sint magistri ad dicendum hoc et illi et moderni, dicam : Ut michi videtur, ipsi putabant, quod, si habuissent gratuita, quod vidissent Deum facie ad faciem. Sed istud non oportet .... » [4]

5. Während die *Franziskanerschule* mit *Alexander Hales* [5], *Bonaventura* [6], *Odo Rigaldi* [7], *Richard von Mediavilla* [8] an der negativen Ansicht festhielt, schlug sich der *hl. Thomas* [9] auf die Seite seiner zwei großen Vorgänger aus dem *Dominikanerorden*, zu denen sich auch *Albert der Große* [10] und *Petrus de Tarantasia* [11] gesellten. Ein Fall, der

[1] Summa I, 31. — Erlangen, Universitätsbibliothek, Cod. lat. 353, fol. 15.
[2] Paris, Nationalbibliothek, Cod. lat. 14556, fol. 166 und 197.
[3] In 2 dist. 4. — Leipzig, Universitätsbibliothek, Cod. lat. 573, fol. 78^{v} ; In 2 dist. 24. — Ebenda, fol. 101.
[4] Paris, Bibliothèque Mazarine, Cod. lat. 795, fol. 21^{v}-22.
[5] Summa II, q. 91, memb. 1.
[6] In 2 dist. 4 a. 1 q. 2.
[7] Brüssel, Bibliothèque Royale de Belgique, Cod. lat. 1542, fol. 78^{v}.
[8] In 2 dist. 4 a. 2 q. 2.
[9] In 2 dist. 4 q. un. a. 3 ; Summa theologica I q. 62 a. 3.
[10] In 2 dist .3 a. 12 ; Summa theologica. p. 2 tr. 4 q. 18, m. 1.
[11] In 2 dist 4 q. un. a. 2.

gerade für eine auch unabhängig von der durch den Gegensatz zwischen Aristotelismus und Augustinismus hervorgerufenen Schulenspaltung auftretende Ordenstradition bemerkenswert ist.

6. Zum Gegenstand einer kritischen Untersuchung wurde der Anselmianische Gerechtigkeitsbegriff von *Philipp von Grève* gemacht, in der Frage: ‚utrum idem sit iustitia quod gratia aut virtus'.[1] — Im Verlauf der Abhandlung bringt er den Einwand: « Quod autem [iustitia] non sit [gratia] videtur per diffinitionem eius. Diffinit enim eam Anselmus sic: iustitia est rectitudo voluntatis propter se servata. Sed hoc non convenit gratie. Gratia enim non distinguit voluntatem, cum sit perfectio anime secundum se ipsam. »[2] — Ferner: « Sed qualiter se habeat iustitia ad virtutem, non est adhuc determinatum. Videtur enim idem, sive iustitia dicatur rectitudo vite, sive dicatur rectitudo voluntatis. Si enim rectitudo vite, patet, sicut dictum est, quia virtus est bona qualitas mentis, qua recte vivitur; et iustitia est rectitudo vite. Ergo iustitia est virtus. Si rectitudo voluntatis secundum Anselmum; ergo iustitia est virtus, cum virtus sit recta voluntas. »[3] — In der Antwort sagt Philipp: « Ad primum responsio est, quod iustitia, secundum quod generalissime accipitur, non est virtus, sed est ante omnem virtutem. Ad diffinitionem autem Anselmi dicendum, quod non diffinit ibi iustitiam, secundum quod generalissime accipitur, immo secundum quod est rectitudo voluntatis et non rectitudo vite. »[4]

Damit war der Einfluß Anselms auf die Begriffsfestsetzung der Gerechtigkeit für immer gebrochen. Die *Hochscholastik* ging ganz in den Spuren Philipps von Grève, der, wie ich schon wiederholt dartun konnte, gerade, was die grundlegenden Fragen der Tugend- und Gnadenlehre angeht, bahnbrechend wie kein anderer sonst wirkte.

7. Der letzte Scholastiker, bei dem ich die Frage feststellen konnte, ob die Engel gerecht oder ungerecht geschaffen worden seien, ist der an spekulativer Kraft wohl bedeutendste Theologe des XII. Jahr-

[1] Rom, Cod. Vatic. lat. 7669, fol. 76. — Zu den bisher bekannten Handschriften der Summa de bono konnte ich eine weitere, dem XIII. Jahrhundert angehörige, leider unvollständige, im Cod. lat. 1551 der Bibliothèque Royale de Belgique in Brüssel feststellen. Sie beginnt auf fol. 96 dreiundeinehalbe Zeile vor « Queritur autem, utrum differentia viri et mulieris, de qua loquitur Augustinus in libro de Trinitate, utrum conveniat intellectui angelico. » und schließt auf fol. 209: « pronitas per illa multiplicatur, quia huius non sunt tantum pene, sed dispositiones quasi materiales ad peccatum. »

[2] Ebenda.

[3] Ebenda.

[4] fol. 76^{v}.

hunderts, *Robertus von Meleduno*, der z. B. auch, wie ich bei einer anderen Gelegenheit dartun werde, bereits in einer Weise von *essentia* und *esse*, Materie und Form spricht, daß man versucht sein möchte, ihn weit in die Mitte des XIII. Jahrhunderts hineinzurücken. Eine objektive Betrachtungsweise und ein Zurückhalten mit dem Urteil geben ihm ein ganz eigenes Gepräge, und bieten zugleich uns die Möglichkeit, Einblick in den Stand der Frage zu seiner Zeit zu gewinnen. Das, was er bietet, läßt aber mit Bedauern erkennen, wie wenig uns heute noch von dem Streit um diese Frage erhalten geblieben ist, der allem Anschein nach mit großer Lebhaftigkeit hin- und herging. Aus diesem Grund sei hier die ganze Frage veröffentlicht.

Cod. lat. 297 der Innsbrucker Universitätsbibliothek, fol. 57^{v}.

XL. De culpabili responsione, quam quidam ad hanc questionem faciunt, utrum spiritus celestes iusti an iniusti creati sint.

Set etiam de eis alia a compluribus questio fieri solet. Querunt enim nonnulli, an iusti vel iniusti creati sint, quod forsitan ab aliquibus concedi solet, eo quod in ipsa creatione gratie consentiendo iusti facti sunt. — Quod qui dicunt, rationem in duobus excedunt: De toto enim cum queritur, eorum responsio de parte est. Nam non de solis bonis queritur, utrum iusti an iniusti creati sint, eo quod questio tam ad illorum pertinet creationem, qui ex culpa corruerunt, quam ad eorum, qui ex gratia permanserunt. Peccant ergo, qui ad predictam interrogationem respondent angelos iustos creatos fuisse, eo quod, ut dictum est, de parte respondent, cum de toto sit quesitum. Peccant etiam, quia ratio eorum, qua eos iustos fuisse creatos volunt ostendere, expers vitii non videtur. Nam ratione, qua dicunt illos iustos fuisse creatos, qui permanserunt, id est quia gratie ex quo fuerunt, consenserunt, et illos, qui corruerunt, possunt dicere iniustos fuisse creatos, nam et illi statim, ex quo fuerunt, peccaverunt. Meritum enim bonorum non creditur culpam malorum precessisse. Immo, si aliquid eorum alterum precessit, culpa meritum antecessisse credi potest, eo quod boni creduntur casu malorum confirmati. Si ergo boni ilico post meritum confirmati sunt [58], et mali post culpam confestim precipitati sunt. Quia ergo bonorum confirmatio et malorum precipitatio simul facte sunt, nec culpa meritum, nec meritum culpam precessisse videtur. Et ideo, quemadmodum dictum est, qui ideo volunt illos spiritus, qui permanserunt, iustos creatos esse, quia in ipsa creatione gratie consenserunt, unde iusti facti sunt, et illos, qui ceciderunt, iniustos creatos esse dicere possunt, quia in ipsa creatione a veritate, in qua conditi erant, recesserunt. Non ergo videtur verum esse ideo angelos iustos creatos esse, quia in ipsa sui creatione ad Deum per gratiam sunt conversi. Non ideo hoc dico, quia apud omnes diffinitum sit, an mox, ex quo fuerunt, ad Deum fuerint conversi.

XLI. Qua ratione quibusdam visum sit spiritus celestes nec iustos nec iniustos creatos esse. —

Alii vero nec iustos nec iniustos spiritus angelicos creatos esse con-

cedunt. Horum enim, ut aiunt, nominum, ‚iustus' scilicet et ‚iniustus', alterum virtutis designativum est et alterum vitii, quorum utrumque ex voluntate habet eis inesse, in quibus sunt, et non ex natura, et ideo non ex creatione. Quecumque enim ex creatione sunt, et ipsa ex natura sunt. Sed que ex natura sunt, inquantum ex natura sunt, nec premio nec pena digna sunt. Nec ergo inquantum ex creatione sunt, premio vel pena digna sunt. Ex quo sequi videtur spiritus celestes nec iustos nec iniustos esse ex creatione. Nam, ut dictum est, si ex creatione iusti vel iniusti essent, et ex natura iusti vel iniusti essent. Verum quod ex natura est, inquantum ex natura est, nec premium habet nec penam. Si ergo spiritus celestes ex creatione iusti vel iniusti essent, nec inde puniendi essent vel remunerandi. Nam si ex creatione iusti essent remunerandi et iniusti torquendi, in Deum utriusque causa esset refundenda, id est iustitie et iniustitie. Quod si vere fieri posset, Deus sine dubio iustus et iniustus esset. — Hac itaque de causa visum est quibusdam non esse concedendum spiritus angelicos iustos vel iniustos creatos esse, sed non-iustos, quod medium potest esse inter iustum et iniustum. Est enim quoddam non-iustum, quod neque est iustum neque iniustum. Unde nulla ratione sequitur, si aliquid non est iustum, quod sit iniustum; neque sequitur, si aliquid non est iniustum, quod ipsum sit iustum.

XLII. Quod nonnulli doctores catholici spiritus celestes iustos creatos esse et sanctos concedendum esse voluerunt. —

Erant autem alii doctores ecclesiastici edificationi omnium, id est maiorum et minorum in administratione verbi Dei providentes, qui spiritus celestes iustos et bonos creatos esse asserebant, hoc intelligentes, qui spiritus celestes ex creatione nichil nisi quod ad iustitiam et ad bonitatem spectat acceperunt. Ex ipsa enim creatione omnes habilitatem habuerunt, per quam iusti facillime fieri poterant. Unde et sane concedi potest spiritus celestes iustos et bonos creatos esse. Si enim hoc negaretur, facillime crederent pusilli spiritus celestes aliquid mali et iniustitie ex creatione accepisse. Animam etiam dicitur Deus mundam et sanctam creare, non quia ex creatione munditiam et sanctitatem virtutis accipiat, sed quia nichil ex creatione habet, unde non possit munda et sancta dici. Qua ergo de causa ecclesia animam iustam et mundam Deum creasse dicit, eadem possumus dicere eum spiritus celestes iustos creasse et sanctos.